ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Nobilissime domine,

Tanquam parum negotii vobis sit in obsidenda et expugnanda arce Gennapia,
apporto tibi aliud. Et usque huc recesseris, tamen nec tanto intervallo, nec ipsis
quidem castris ab importunitate mea tutus es. Opera tua indigeo ut munusculum
hoc quod principi Guilhelmo in festum suum nuptiale, quamvis tandem post festum
ut aiunt, offerendum censui, celsitudini eius non ingratum esse possit. Gratia,
quae illi deest, a te accedere poterit. Farina haec poetarum est. aliam, quam
mittant in nuptias, illi non habent. Si insipida et insulsa haec est a te condi-
mentum et sal suum accipiet. Labes morae istius, quae ad deformitatem muneris
nostri, quod malum eius naturale est, nec facile tolli possit, insuper accedit
hoc pacto a te purgari poterit, dum intelligatur mihi ludere non licere; delator
ergo hos lusus in ferias pentecostes praeteritas, et in Egmundanum meum;
hinc versum me tradidisse Elzevirio excudendos, qui eos huc usque sub
prelo habuit, tres nempe septimanas integras. Pro omine quidem hoc mihi
oportuit esse; ut quos ille hactenus suppresserat, ego deinceps supprimendos
esse existimare debuerim. Verum religio fuit supprimere voces laetitiae
illius, quae mihi cum toto orbe Christiano communis est; nec potui ut verum
fatear, cum mihi eos iuvenis ille heros pro Apolline ipse expresserit. Quare
humillime pristinam humanitatem tuam obtestor, ne mihi officium hoc denegés. Ita
Deus opt. max. velit te cum ambobus principibus voti vestri ac validissi-
mae arcis istius potiri, et longum valere. Raptim Hagae Comitis VII°
Calend. Quintilis CIↃIↃCXLI.

Tibi devotissimus

J. Forestus.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2748

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2748

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2748

Myn heer myn heer
van Zuylichem, Ridder, raedt
ende secretaris van syn hoocht.
myn heer den prince van Orange
Int leger
voor Gennep
met een packetgen.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2748